

Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei (ransfimo in C^{ro} Filio Joanni
Casimiro Polonia & Suecia Regi Illi Salutem & Apostolicam benedictionem.
Gratia divina premium & humana laudis preconium acquiritur, si pro secularibus
Principes & Episcopus Inlatis preteritum Pontificali dignitate praeditis opportuni fau-
oris praesidium & honor debitus impendatur. Hodie quidem Dilectum Filium Lud-
vicum Electum Aethiopiensium Oni In C^{ro} Michaeli Episcopo Cameracensi, Coadiuto-
rem perpetuum & irrevocabilem in regimine & administratione Eccl^e Cameracensium,
cui praedictus Michael Episcopus tunc praeserat, quam diu illi praeset in spiritualibus
& temporalibus ipsius Michaelis Episcopi, ad id expresso audiente consensu legitimum
nostrorum Consilio Apostolica auctoritate constituimus & deputavimus, ac eodem
Michaeli Episcopo decedente vel decedente, aut peti Eccl^e alio quomodolibet
praesere desinente, & ita quovis modo & apud Sedem Apostolicam vacante, & tunc
prout de ea die, & e contra de persona eiusdem Ludvici Electi nobis & Pa-
tribus praedictis ob saorum exigentiam minorum accepta praedicta Eccl^e & Ami-
li Consilio d^{ca} auctoritate providimus, ipsamque illi in Episcopum praefecimus et Pa-
rorem & de eadem persona sua, ipsi Eccl^e prout sum, ipsamque illi in Episcopum
et Pastorem praefecimus fore decessimus, Curam et administrationem d^{ca} Eccl^e
sibi in spiritualibus & temporalibus plenarie committendo, prout in litteris inde
confectis his plenius continetur. Cum itaq; filii Chamae sic virtutis opus
Dei ministros benigno favore prosequi, ac verbis et operibus pro Regis aeterni
gloria venerari, Maiestatem tuam Regiam rogamus & hortamur attente, quatenus
eundem Ludovicum Electum ac Coadiutorem & futurum Episcopum Cameracensem

de prefata Ecclesia Cameracen, sua cura commissa habeas, pro tua et Sedis
Apostolica reverentia propensius commendatos, in ampliandis et conser-
vandis iuribus suis sic eos benigni favoris presidio persequaris: quod ipse
Ludovicus Clericus & Capitulum eius. Et fultus presidio in Commisso tibi
Cura Pastoralis officio, possit Deo propitio prosperari, ac tibi exinde a Dno
perennis vite premium et a nobis condigna proueniat adis gratiarum.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem. Anno Incarnationis
Dominicae Millesimo Sexcentis Quinquagesimo Tertio Decimo Men-
sis Aprilis. Pontificatus Nri Anno Septimo.

